



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Maria De Victoria. 7. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. MARIA DE VICTORIA.
7. Octobris.

JO ! hodie, jo ! clama, triumphè quis
quis *Virgini* faves *Victrici*. Ageba-
tus annus post *Virginem* patientem su-
pera millesimum & quingentesimum
septuagesimus primus, quando Pius V.
Pont. Max. contra Turcarum vim me-
tumque belli societatem cum Hispania-
rum Rege & Venetorum Republicâ feli-
citer iniit. Adornata itaque classis est, &
Joanne Austrio duce hosti plenis velis ac
animis obviā est itum. Mox nostris tri-
duano jejunio & Sacramentis Ecclesiaz
probè munitis, clasicum *Dei & Maria*
nomen cecinere. tunc verò omnibus viri-
bus certatum est, eo ipso tempore, quo,
quas Rosarii vocant Sodalitates, de mo-
re supplicationes ad castissima *Virginis*
pulvinaria per totum orbem instituunt.
Nec frustrà. Stetit nostrâ ex part *Acies*
Ordinata, & cum hâc nobis etiam venti
militarunt. Proinde horarum quatuor nec
amplius spatio parta memorabilis ad po-
steros victoria est. Cæsa etenim cum ipso
duce suo barbarorum millia triginta, in
libertatem Christiani asserti ter mille,
quadringenti octoginta & sex. Naves
captæ nonaginta supra centum. Octo-
ginta vel flammis vel nudis haustæ,
fugâ non nisi XX. elapsis. Tormenta in

præ-

7.Octob. VITÆ SANCTORUM. 629
prædem cessere majora sedecim supra
centum minora verò ducenta , quinqua-
ginta & sex. Atque hoc est , quod Opt.
Pont. de victoriâ divinitus edoctus
triumphum *Virginis* decrevit , quotannis
iterandum , quodque non pauci è victore
exercitu hostilia spolia ex voto ad Aram
Lauretanam suspenderint. Fatalo nimi-
rum Lunæ est ad *Virginis* pedes abji-
ci. Ex Io. Gab. in vitâ Pii. V. & Pet.
Spin.

Oportet inter fluctus seculi confugere ad
Mariam , & respectu exempli ejus cursum
vitæ dirigere : quod qui fecerit , non jacta-
bitur vanæ gloriae vento , nec frangetur
scopolis adversorum , nec absorbebitur vo-
ragine voluptatum , sed prosperè ad æternæ
quietis portum veniet. S. Epiph. in Panar.

S. GEROLDUS M. 7. Octobris.

GE R O L D U S à puero pietatem du-
cem secutus facile ad ipsa adyta vir-
tutis penetravit , multas tamen idem
pro castitate pugnas pugnavit , vincendus ,
nisi aliis armis , quam nunc amat adole-
centia , usus fuisset. Nimirum hodie na-
tivâ in galeâ suâ tam molliter crista-
frons ictus Cupidinis eludet ? in tho-
race tam vulnerato non minus lacer
animus tela improba repellit ? tot vin-
cula etsi serica , vincula tamen , fugam
in hâc luctâ tam laudatam promove-

Rr 3 bunt